

Considerandum est ulterius Qualiter ad ipas spectet determinare q̄
p̄tinet ad naturā humanā a dei filio assumptā. Circa q̄d querunt
quinqz. P̄mo Verū ad ipas spectet sub articulo ponere modū cō
ceptionis ⁊ incarnationis x̄pi Secūdo Verū ad ipas spectet sub articulo
ponere modū passionis ⁊ sepulchre x̄pi Tercio Verū ad ipas spectet i sim
bolo explicare om̄es articulos fidei Quarto Verū ad ipas spectet in sim
bolo explicare om̄ia sacramēta ec̄cie Quinto Verū ad ipas spectet deter
minare p̄ quē modū corpus cristi est sub sacramento altaris.

Ad p̄mū sic p̄cedit. Videt̄ em̄ q̄ ad ipam nō p̄tinet ponere sub articu
lo modū cōceptionis ⁊ incarnationis x̄pi Quia sub articulo nō d̄z po
ni nisi illud per quod fides roboratur et declaratur ut dicit̄ Augustinus
x̄iij. de trinitate Sed illa que sūt fidei satis cōuenient̄ reuelata ⁊ declara
ta sūt sanctis patribz in veteri testamento nō ergo oportet sub articulo po
nere x̄pm esse in utero v̄ginali cōceptum. ¶ Pretere a scribit̄ Jo. vi. Spi
tus est qui viuificat caro autem nō potest facere quicq̄. credere ergo dei
filiū esse sp̄ritū nos viuificantem nō autem ipm esse carnaliter cōceptum
facit ad nostrā salutem ¶ Pretere si hō nō peccasset dei filius fuisset in
caruatus nō ergo p̄pter nostrā salutē ¶ In cōtrarium est auctoritas ec
clesie ¶ Respōsio dicendum q̄ sex ponunt̄ sub vno articulo p̄ que exclu
dunt̄ sex errores qui tūc pullulabant̄ circa x̄pi incarnationem quādo il
lud simbulum fuit editum Primum est preciosa hominum saluatio Se
cundum est legalium exclusio Tercium est dei filij ex virgine carnis as
sumptio. Quartū est miraculosa corporis eius formatio. Quintū est illius
carnis cum humano corpore vera assimilatio. Sextum est dei ⁊ hominis
vera p̄sonalis unio. Fuerūt enim aliqui dicentes filium esse incarnatum
nō solum p̄pter nos homines. verū etiam p̄pter demones dampnatos li
berādos et saluandos. Et hic error excludit̄ p̄ hoc quod p̄mittat̄ in arti
culo. Qui p̄pter nos homines. Aliqui vero dicebāt solam x̄pi incarnatiōz
et passiōz nō sufficere ad nr̄az salutem sine legatiū obfuatione et imple
tione. Et hic error excludit̄ p̄ hoc q̄d addit̄. Et p̄pter nr̄az salutem. Aliqui
autem dicebāt dei filiū non descendisse ad terram p̄ carnis ex utero v̄gi
nali assumptionem. sed magis x̄pm tanq̄ putum hominem existētem ali
qua bona operationum fuisse in terris ex quibus dicebāt eum meruisse celū
ascendere Et hic error excluditur p̄ hoc quod adiungitur. Descendit de ce
lis. Aliqui autem dicebant p̄ operationem virilis seminis cristum ex ute
ro teate marie fuisse conceptum ⁊ incarnatum. Et hic error excluditur p̄
hoc quod annectitur. Incarnatus est de spiritu sancto loco cuius in sim
bolo apostolorum dicit̄. Cōceptus ē de spiritu sancto Aliqui autē dicebāt